1463

Ossolinski Rakinskiego Quietat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Magnificus Franciscus Ossolinski Capitaneus Woynicensis sanus mente et corpore existens e Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis 1239
quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad hunc actum attinet Seum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse suo et Generosae Helisabethae Haduiewiczowna Consortis suae legitimae nomine pro cuius ratihabitione Cauet ac se praesentibus inscribit Generosum Casimirum Michaelem Rakinski Regentem Cancellariae Castrensis Praemysliensis et ipsius Successores de recepto Scrutinio ex Instantia sui Recognoscentis et suprascriptae Generosae Consortis suae Contra Generosum Alexandrum Lassota Coram officio praesenti in Terminis Querelarum educto quietat emittit, dimittit, liberumq[ue] et absolutum facit et perpetuo pronuntiat. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Korniaktowa Głuchowskim Congibus Scriptum Roborat 1239

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Magnifica Catherina de Belzec Korniaktowa Magnifici olim Caroli in Białoboki Korniakt Consors derelicta Vidua sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capi:

taneali Præmisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet
1964 Se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando atque subjiciendo, palam, libere, publice ac
per expressum recognovit. Quia ipsa se ac suos successores in et su-
per bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis quibusvis
habitis et habendis inscribit et obligat præsentibus, scriptum certum
manuale per se Recognoscentem in rem et manus Nobilium Nico-
lai Gluchowski et Annæ Preszaneczka Coniugum legitimorum
ratione certarum rerum et conditionum, in eodem scripto ma-
nuali contentarum de actu et data illius, hic Præmisliæ die ho-
dierna in actu contenta confectum conscriptum et datum manu
sui Recognoscentis propria subscriptum, in omnibus et singulis
eiusdem scripti manualis conditionibus punctis clausulis, arti-
culis, vadiis ligamentis ac nexibus generaliter omnibus eisdem
Generosis Gluchowskim Coniugibus, eorumque posteris, firmiter
tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusque
et singulis illius contentis, tam in toto quam in quavis minima
parte toties quoties opus fuerit satisfacere scriptum præfatum
manuale ad Inscriptionem præsentem Roboratoriam, et Inscriptio-
nem præsentem Roboratoriam ad prædictum scriptum manua-
le vicissim in toto referendo. Idque sub vadio summæ Trium Mil-
lium Florenorum Polonicalium per eandem Magnificam Reco-
gnoscentem vel eius posteros supvrascriptis Nobilibus Gluchowskim
Coniugibus vel ipsius successoribus, ob non completionem conten-
torum scripti præfati manualis, omnium et singulorum tam in
toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum
succumbendo. Proquo quidem vadio modo præmisso ad solven-
dum succubito, ac pro re aliqua principali ex contentis scripti
præfati manualis non completa complenda citata existens me-
morata Recognoscens Magnifica Catherina de Belzec Korniaktowa
sive eius successores ad instantiam præfatorum Nobilium Nicolai
Gluchowski et Annæ Preszaneczka Coniugum vel ipsorum poste-
rorum ad officium præsens Castrense Capitaneale Præmisliense
ex tunc recessu supvrascripto quo ad respondendum spectat me-
diante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio
nio.

rio, seave Juripavere respondere Vadium praefatum lueve Inscripti:
oni huic satisfacere, ac omne Judicatum pati debebit et tene:
bitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat
praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios o:
mnes exinde Consequentes, Causa eiusdem Terminos semper perem:
ptorios, Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum
legatione intra Vel extra Regnum Servitio militari ad memoriam
ad Curitorem, Vel aliis quibusvis dilationibus et Legalibus impedimen:
tis non differendo, ad quietationem praeterea Ultra proximos of:
ficij praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis Terminos, dila:
tionem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac
earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia plane sim:
plicibus Vel triplicatis Evasionibus, Suspensionibus fatalibus Juris
praescriptione Terrestri bello Conventioneq ac aliis omnibus Juris
remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis
evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemis:
sa omnia et singula mediante.

Gostomska Krasickiemu Cedit

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Ca: 1239
strensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosa Zophia de
Kwilin olim Generosi Christophori Kwilinski cum Generosa olim
Hedwigi Gumowska Consorte eius legitima procreata filia pri:
marum Vero olim Generosi Stephani Kotecki ad praesens Vero
Secundarum nuptiarum Generosi Joannis de Lezenice Gostom:
ski Subdapiferi Terrae Sanocensis Consors legitima cum eiusdem Ma:
riti sui Vti Tutoris Conjugalis personali assistentia et Vltroneo ad in:
frascripta recognoscenda Consensu Sana mente et corpo:
re existens a Terrae Districtibus Juribus Jurisdictioni busq Suis
quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti Vero
Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quo ad actum
praesentem attinet seseum Successoribus ac bonis suis gener:
aliter omnibus totaliter et plenarie incorporando actisq subij:
ciendo palam libere publice ac perexpressum recognovit.